

integram legitimam debere filiabus Mauri, quatenus condemnatur adueniente morte sua relinqueri illis tantum, quod ascendat ad supplementum legitimam. Ex quibus infertur, quod exceptio quae fit per Maurum de legitimatione filii, & ultra de statuto quod filia sit contenta, ubi dicitur, quod filia non possit quid petere occasione legitimae ultra datum a patre pro dote non procedit statu legitimatione de consensu, & voluntate patris, nec obstat quominus legitima integra debeat filiabus suis: quia est im pugnatiua sententiae, ideo non potest opponi velut reiecta auctoritate ipsius sententiae, quae facit de indebito debitum l. fin. C. de cond. in deb. l. 1. de re iudic. & peremptoria exceptio non potest opponi post sententiam. l. 2. C. sent. rescin. non posse. Cephal. consilio 180. numero 7. sed ulterius subiungitur de d. statutum non obstat: potuit enim reuerendissimus Do. Iudex moueri ad iudicandum contra illud, per illud quod tradit Castr. consilio 110. super primo quaesito, in secundo dubio, in antiq. quod si videtur iudici, dotem esse indiscretam, filia potest non obstante dicto statuto supplementum petere, quod relinquitur arbitrio iudicis, quando ex magno excessu filia dicatur esse minus in congrua dotata, sequitur Bald. nouell. in tract. dot. in 6. parte. speciali 15. colum. 7. Cur. Iun. in aucten. res qua C. commu. de leg. Alciat. in tract. de praesumpt. in prima regu. in 2. praesum. num. 8. Alexand. consilio 32. ad fin. volumine 4. Iason consil. 133. numero 4. & 17. colum. seq. volum. 4. Ruin. consilio 56. num. 15. volum. 3. & in terminis statuti nostri Ferrariae Cur. Sen. consilio 27. nu. 38. & D. meus Riminaldi. consilio 332. num. 10. sed in casu nostro Maurus filios legitimos tunc non habebat, & promiserat etiam bona sua post mortem suam suis filiabus. Unde de uisum fuit Do. Iudici legitimatione filiorum, & fraudatis filiabus promissione sua, quod ipse dicerentur incongrue dotatae magno excessu, & ideo voluit eis debere supplementum non obstante dicto statuto: licuitque sibi illud ex causa praefata transgredi, iuxta doctrinam Bart. in l. quid ergo S. poena grauior. in fin. ff. de his qui nor. infam. quod etiam voluit Innoc. And. Sic. & Fely. in c. primo, de constit. fallen. 7. Iason in l. 1. C. de praecib. imper. offi. & Dec. in cap. de causis, columna pen. de offi. del. & licet Bald. in d. S. poena grauior. lect. secunda contra senserit in statuto, quia praecise seruandum est, & iudex iurauit seruare statuta. Idemque dixit in l. 1. C. si aduers. del. tamen (ut inquit Do. ci. in d. c. de causis colum. fi.) communis opin. est in oppositum, & ita tenet ipse Bald. in l. & si seuerior. columna 2. versiculo. & ex praefatis. C. ex quib. causis in fam. irrog. sequitur Abb. in c. secundo, de delic. pue. Fulg. consilio 124. columna fi. Aret. consilio 131. in fin. nam ratio quae est in iure, quod transgredi potest ex causa procedit etiam in statuto, unde dicit Bal. in c.

12 de re iud. quod dictum est Innocentii in c. 1. de const. defendit assessores, quando statuta transgrediuntur. Alexan. consilio 139. colum. 1. volum. 1. Iason consil. 154. colum. antepen. consilio 184. colum. penul. & consilio 202. col. fin. volum. 2. Fabi. in auct. nouissima, numero 26. & ibidem Iason numero 14. Bero. consilio 57. num. 40. consil. 136. in prin. & consilio 172. num. 37. vol. 2. Ruin. consil. 84. num. 5. volum. 3. cum sim. per Rol. a Valle consil. 67. num. 20. & consil. 97. nu. 5. volum. 3. Cephal. consil. 276. n. 5. id amplians etiam si post legitimationem alii nascantur ex legitimo matrimonio, post Parisium consil. 10. nu. 75. vol. 2.

Ultimo dicitur non constare de aliqua legitimatione, & casu quo adfit, verisimile fore, quod in ea adfit clausula consueta, sine prauidio venientium ab intestato, quae operatur, quod non potest ex testamento auferri legitima filiis legitimis, sed salua eis legitima in residuo tantum potest succedere legitimus, Castr. in d. S. & quid si tantum, columna penul. post Ioan. Andr. in addit. specul. in titulo de succes. ab intest. ante fin. Alexand. consilio 182. volum. 5. cum sim. ex quibus concluditur integram legitimam debere his filiabus.

Istis tamen non obstantibus teneo, quod istae filiae non debeant habere integram legitimam prout petunt, sed quod cum eis concurrat hic filius legitimus, & in d. legitima partem faciat. Moueor: nam filius quantuncunque legitimus debet habere legitimam iure naturae sibi debitam, adeo quod si fuerit prae ritus rumpit testamentum, prout voluit Iacob. de Beluis quem refert & sequitur Pet. de Anc. consilio 225. videtur prima facie. col. penul. Bald. in c. de causis. colum. penul. versiculo. nota quod iura. de offi. deleg. cum aliis per Dec. consilio 257. colum. 2. Curt. consilio 13. colum. 4. versiculo legitimo debetur, Paris. consil. 55. nu. 3. volum. 3. & plenius consil. 7. colum. 2. uol. secundo, quo fit, ut necesse sit dicere, eum facere partem in legitima eum filiis legitimis, alias sequeretur unum absurdum, quod pater teneretur ad duas legitimas, unam legitimatione, alteram filiis legitimis, quod iure non reperitur, nec dici debet, & cum mecum praecogitasset hanc rationem, postea reuoluendo multos libros inueni tandem Catellianum Cottam libro suo memorialium in verbo legitima ratio spurii, qui in terminis dictam rationem facit, citatque eo loco Socinum consil. 246. col. 4. volum. secundo, dicentem, quod non reperit hoc in specie tactum, & in dispensato concludentem, quod non minuat legitimam legitimis debitam, sed cum casus in facto contigisset, subdit Corta, ventum fuit in hanc sententiam per aliquos solemnes Doctores, quod simplex & absoluta legitima a patre facta minuat legitimam, secus si esset facta sine prauidio legitimorum, ut sentit Paul. de Castr. in

in d. S. & quid si tantum, num. 16. vel etiam habilitatus ad aliquam portionem secundum Soc. in d. consil. 246. colum. 4. quia tunc eam non minueret. Nos autem sumus in simplici & absoluta legitimatione, si proprietatem legitimationis intueamur, quae est abolere maculam & defectum natalium, seu natalibus restituere, dispensare vero est tollere obstantiam defectus, videlicet, quod quis possit succedere non obstante defectu natalium, & quod sit spurius, ut tradit Butr. in c. per venerabilem. qui fil. sint leg. car. antepen. vers. nunc vltimo videamus, sequitur Gozad. consil. 6. num. 62. sed hic filius ad legitima natalium iura fuit redactus, & defectus natalium, omnisque macula, & rubor conceptionis, & natiuitatis in eo fuerunt sublata: dispositumque fuit, quod d. legitimatio retrahatur ad tempus natiuitatis, & conceptionis dicti filii, eoque iure, modo, & forma sit, quibus esset, si legitimus semper fuisset, & ex legitimo matrimonio natus, & procreatus, concessumque sibi fuit, ut ad omnes successiones paternam, maternam, agnatorum, & cognatorum & alias quascunque etiam extraneorum, ex testamento, vel ab intestato possit venire, prout longè plenius in instrumento legitimationis apparet, ipsius Comitis ad haec potestatem habentis, ut in cessione Pauli III. Pont. Max. videri potest. Quibus stantibus indubitanter dicitur, agi de legitimatione in ampla forma, non autem de dispensatione, ut per Dec. consil. 258. columna fin. in princip. latius Gozad. consil. 6. num. 62. Paris. consil. 7. num. 15. vol. 2. Ruin. consil. 75. num. 13. & consil. 86. num. 6. volum. 3. Alba consil. 7. num. 4. Socin. Iun. consil. 93. num. 40. volum. 3. Roland. a Valle consil. 67. num. 5. 1. volum. 1. & consil. 96. num. 23. cum seq. volumine 3. Immo verò fortius d. legitimatio facta fuit a dicto Comite cum prauidicio filiarum legitimarum, & ab eis descendendum ipsius Mauri, dicto Comite habente potestatem legitimandi, citatis, & non citatis illis, ad quos hereditas spectaret, extantibus, vel non extantibus fratribus, cognatis, vel agnatis, seu affinibus quibuscunque legitimis & naturalibus, ac etiam inuitis, quae verba etiam d. filias includunt, & citationem tollunt, ut per Oldr. consilio 95. in fin. Alexand. in l. si pacto, quo pena. in vltimo not. C. de pact. cum aliis per Dec. & Cagnol. in l. qui potest inuitis. ff. de regul. iur. 20. & Marf. singul. 30. & certum est potestatem Comitibus legitimantis totam pendere a facultate sibi concessa, ut tradit Socin. consil. 147. colum. fin. & consil. 212. in princ. & colum. penul. volumine 2. consil. 63. numero. 3. volum. 4. Castr. & Aret. in d. S. & quid si tantum. in fin. Paris. d. consil. 7. numero 50. Rimi. meus consil. 41. numero 7. Bald. ante praedictos in c. 1. S. naturales. ff. de feud. fuer. contro. Bero. consil. 171. numero 8. consil. 177. numero 70. volumine secundo. Unde tenor privilegii Principis concedentis fa

cultatem Comiti legitimandi diligenter inspicere debet, & attendi, ut tradit Dec. consil. 186. n. 6. & consil. 316. col. 2. Ruin. consil. 75. nu. 22. volum. 3. Soc. Iun. consil. 20. n. 6. consil. 121. nu. 15. vol. 2. Bero. consil. 171. num. 14. vol. 2. Roland. a Valle consil. 96. nu. 6. volum. 3. Ergo in summa patet, non esse extra casum Castr. in d. S. & quid si tantum, & Socin. in d. consilio 246. quos citat Corta, nosque versari in casu suo, & illorum solemniium Doctorum, quos commemorat, qui voluerunt, legitimam minui legitimis per legitimationem, & sic ipsum in ea partem facere, quod est valde notabile. Et licet in d. legitimatione post illa verba, & cum prauidicio filiorum legitimorum ipsius Mauri, subiiciatur, quod ad ea bona, de quibus liberè potest disponere, non tamen inde fit, quominus remaneat & dicatur legitimatus d. filius Mauri stantibus amplis verbis supra commeratis, & aliis, quae in legitimatione leguntur, licet effectus successione fuerit limitatus ad bona, de quibus Maurus liberè potest disponere, ut tradit Castr. consil. 211. super puncto. in antiq. Roman. consil. 82. Curt. consil. 73. colum. 13. uers. secundo respondemus, Dec. consilio 264. colum. 3. vers. in hoc tamen, cum sim. per Paris. consil. 7. nu. 16. & seq. vol. 2.

23 Nec in super ex dictis verbis inferri potest quoad legitimam filiarum stante statuto, quod filia sit contenta. Vbi videmus, quod data dote, vel promissa a patre ipse potest liberè disponere, nec filiae possunt occasione legitimae, vel eius supplementi quicquam dicere, siue extent legitimi, siue legitimi ab eo, pro ut in casu nostro. Prolata igitur fuerunt illa verba respectu bonorum feudaliu, seu fideicommissi subiectorum, de quibus pater non potest liberè disponere, iuxta not. per Doctores max. Socin. Iason. & Galliaul. in d. S. & quid si tantum, columna antepen. & per Dec. consil. 55. colum. 1. in fin. cum non sit credendum legitimationem voluisse conferre beneficium cum alterius iniuria. l. 2. S. si quis a principe. ff. ne quid in loc. publ. nec auct. C. de eman. lib. cum sim. quae de legitimatione loquens congerit Cephal. consil. 186. num. 31. non autem respice

26 Quae legitima, in qua filiae non dicuntur habere spem de iure probabilem uiuente patre. l. 1. S. si impuberi. ff. de colla. bon. & ibi Bar. & in l. lex cornelia. vbi pariter Bald. Ang. & Imol. de vulg. & pupil. cum sim. a me cumulatis. in fin. quib. alien. licet. in princip. numero 264. quibus addo Cephal. consilio 214. numero 8. & Senat. Pedemont. decis. 172. numero 15. tan toque magis stante dicto statuto. Quod statum cum sit multum vulgare in hac ciuitate, & ipse Comes esset Ferrariensis & Iureconsultus clarissimus, praesumitur illud scuisse, ut per Fel. in c. fi. de re iudic. & Gozad. in terminis nostris consilio sexto, numero 73. vers. secundò, conclusio.

Et tenendo hanc partem non obstant contra 28 ria, nam ad primum quo dicitur t facultatem legitimandi concessam non intelligi datam existentibus filiis masculis, secundum Castr. d. consilio 223. responderetur, nos esse extra hunc casum: quia data est facultas legitimandi extantibus, vel non extantibus fratribus, & aliis quibuscumque agnatis legitimis & naturalibus qd vtiq; pot Imperator, vel Papa concedere, vt tradit Bald. in l. cum filium. ff. de test. milit. & Deci. consilio 287. numero 6. vnde non sumus in simplici facultate legitimandi, sed cu expressione legitimorum filiorum existentium merito cessat decisio Castrensis in casu nostro, 29 expressa t namque nocent, quæ non expressa nocerent. l. expressa. ff. de regul. iur. & sepenu-mero effectus rei mutatur ex eo quod expressum fuit, quod absque expressione non subin telligitur. l. si in diem. §. fin. ff. de cond. & dem. l. si quis Sempronium. ff. de hæred. instit. cu sim- per Dec. in d. l. expressa. & not. Iaf. in l. 3. §. filius ff. de lib. & posth.

30 Cessat & t alia quoque decisio Castrensis in d. §. & quid si tantum, col. pen. ex supra traditis post Castellianum Cottam, qui respondet, vt supra retuli: & stante potestate legitimandi 31 amplè concessa d. Comiti per Sum. Pont. t nul la lege communi, vel speciali, & feudali in cor pore iuris clausa, vel non clausa obstant, vt in priuilegio patet, dicendum est per legitimatio nem secutam potuisse filibus etiam in legiti- ma præiudicari, prout in terminis latè tradit Gozad. d. conf. 6. maxime verò nu. 4. iuncto n. 68. & per Iaf. cõf. 68. col. 5. vers. quartò moueor volum. 3. & tex. in §. generaliter. & ibi Iaf. cita- ti procedunt in simplici renuntiatione facta p filium, quæ ad legitimam non porrigitur: ibi enim non reperitur derogatum legibus de le gitima loquentibus, prout in casu nostro.

Ad tertium verò de sententia lata responde- tur, quòd non ita dicit, prout adducitur, scili- cet quòd d. filia debeant habere integram legi- timam, sed tantum, quòd ascendat ad supplem- tum legitimæ sibi competentis, quòd longè di- 32 fert ab integra legitima, nam legitima t con- petens filiis est pro eorum nu. puta si tres sunt (vt in casu nostro computato legitimo, qui facit partem, vt ostendi) tertia pars inter eos exæquo diuidenda. §. 1. in aut. de trient. & se- mi. vult ergo sententia, quòd Maurus teneatur relinquere filiabus tantum, quòd ascendat ad supplementum legitimæ illis competentis, hoc est duarum partium ex tribus tertie partis, non autem dicit, quòd totam tertiam partem bono- rum habere debeant. Confirmatur: quia licet dici possit, sententiam prædictam recedere à statuto præfato, quòd filia sit contenta, quate- nus illud non vult, quòd stante legitimo de- consensu patris filia occasione legitimæ quic- quam dicere possit: Hæc autem sententia vult, quòd possint istæ filia habere supplementum,

tamen nõ apparet expressè, quòd voluerit hæc sententia recedere à modo taxato de iure cir- ca legitimam, qualis est, quòd diuidatur ex æquo inter filios d. §. 1. ergo d. sententiam in hoc de- 33 bemus t interpretari secundum ius commune, prout in statuto & lege tradit Imol. in l. si uerò. §. de viro. colum. 3. ff. solut. matrim. Soc. consil. 52. colum. fin. uolum. 3. Gozad. conf. 19. num. 18. Paris. conf. 91. num. 12. volum. 3. Deci. in l. 1. not. 1. secunda lect. C. qui admitti. & sic uo- luit hæc sententia, quòd d. filia habere debeât supplementum legitimæ sibi competentis prout de iure sibi competit pro numero trium filio- rum, prout sunt d. legitimo computato, non autem quòd totam legitimam integram ipsa consequatur: non enim hoc vltimum dicit 34 sententia, sed primum tantum, cum t ad intel- lectum iuris sit referenda. l. miles. §. decem. ff. de re iud. Anch. conf. 6. viso themate. Socin. conf. 134. colum. pen. in princip. & ita decla- rando exceptio per Maurum opposita non est impugnatiua sententiæ, vt dicitur, immo uerò compatiens illi atque ob id admittenda.

35 Ad vltimum verò t nunquid dictus reueren- tissimus Do. Index supplementum legitimæ dare uoluerit filiabus: quia visum fuerit eas in cõgruè dotatas fore, & in magno excessu, iux- ta conf. Cast. & sequacium, non curo: quia si com- putatis pecuniis habitis non habuerunt sup- plementum legitimæ sibi competentis, hoc est duarum partium ex tribus tertie partis bono- rum, vt supra declarauit, Maurus est conten- tus post mortè suam id, quòd deficit, prestare.

Hippo. Riminaldi Ferrar.

Pro magnifica communitate Saxoli.

ARGUMENTVM.

De probatione faciendâ per actorem. In materia priuilegij nonnulla. Qui vult agere vigore alicuius contractus debet prius ostendere se adimpleuisse pro parte sua. In negotio uniuersitatis tractando requiruntur duæ partes ex tribus consilij, seu collegij.

S V M M A R I V M.

- 1 Ferro viam aperit qui argumentatur.
2 Veritas disputando facilius inuenitur.
Item magis in lucem venit, ibidem.
3 Veritas non debet taceri ad incommodum pro- prium.
4 Index eam inuentam debet sequi.
In ore principum firmior est veritas. ibidem.
5 Breui quadam manu accipere.
6 Compositio facta à communi congregato Consilio ad sonum campanæ valet.
Item venditio rerum immobilium ipsius communis fieri

- feri pot auctoritate consilij, apud quod est omnis potestas. ibidem.
Sed respondetur. Et declaratur nu. 27. & seqq.
Homini bus consilij dicentibus se representare ipsam commune, & gerere negotia credendum est. 7.
8 Scriptura cõtinè certu tenore instrumeti ad quod se refert de se satis probat, licet de illo nõ appareat, Contrarium nu. 38. & seq.
9 Ex diutina solutione inducitur obligatio.
10 Per solutionem videtur quis ratificare conuentionem factam.
11 Qui tenetur aliquid prestare, si tempore præfati non præstat, dicitur spoliare, & vim facere. In quo sunt opin. an possit agi possessorio. ibidem.
Datur tamen quidam status, ad quem peti potest, vt fiat restitutio. ibidem.
12 Allegans aliquid tenetur illud probare.
Item quis tenetur probare, quòd est fundamentum intentionis suæ, ibidem.
Actore non probante reus debet absolui, etiamsi nul- lum ius habeat. ibidem.
13 Ius non est metiendum ex persona rei, sed actoris.
14 Paria sunt, quòd actor non probet, & eius probatio non concludat.
15 Probatio obscura & incerta non releuat.
16 A Priuilegij verbis non est retedendum.
17 Tenor priuilegij debet attendi.
Verba eiusdem sunt inspicienda. 18.
Natura priuilegij est stricti iuris, 19.
20 Abutens priuilegio debet illud amittere.
21 Ob publicam utilitatem quis potest re sua priuari à Principe.
Quo casu habet ius contra Principem, & eius suc- cessores. 22.
23 Quando quis virtute alicuius contractus agere vult debet prius ostendere se impleuisse pro parte sua, si ad aliquod implendum teneatur.
Et hoc ampliatur procedere, etiam si quis fuerit im- peditus implere pro parte sua. 24.
Quando quis debet dare, & recipere, semper prius debet offerre, & pro parte sua implere, nu. 25.
26 Doctores si vult consequi salarium non debet à lectu- ra cessare, sed pro parte sua prius implere.
27 In representanda uniuersitate duæ partes ex tribus consilij requiruntur.
28 In instrumeto communitatis satis est, quòd notarius dicat, uniuersitatem, collegium vel capitulum tale quid fecisse, licet aliud non dicat.
29 Cap. 8. communis Saxoli inducitur, & cap. 9. eius- dem communis, nu. 31.
30 Illud dicitur traditum pro forma, cum ultra proce- ditur annullando.
31 Vbi inducitur aliquid de nouo cum certis modifica- tionibus, datur forma.
32 Negatiua probatur, quando aliquid in scriptura non reperitur.
33 Pro solemnitate extrinseca non presumitur propter euidentiam facti.
34 Productio eorum, in quibus citatio non reperitur, ar- guit eam non interuenisse.
36 Vbi sit actus ab uniuersitate contra formam requi-

siam à statuto uniuersitatis, debent oēs de collegio vel uniuersitate esse presentes.
Si vnus deficit in eo, ad quod tenetur, aliter deficere potest.
39 Ex verbis relatiuis facti fundamentum suscipi non potest.
40 Verba enunciatina, & narrativa notarij nõ probat.
41 Iuri expendi præscribitur. 30. annis.
42 Ex præstatione facta ex titulo inhabili nullum ius acquiritur.

CONSILIVM CCXXXI.

Auxilium meum à Domino.



VE sicut à me Illustris ac potēs D. Gibertus Pius de Sabaudia Saxo- li dominus, an illi de Bertoiis aliàs de S. Cassano habeat ius exigendi taxam unius equi quæ i potestaria. Saxoli, an verò exactio d. equi vni cum residuo aliorum equorum, qui singulis annis exigun- tur, potius ad d. potestariam pertineat.

Et qm t ferro viâ aperit, qui argumentatur, vt inquit Bal. in l. præcibus. col. 9. vers. modo cõ- tra. de impub. & al. subtit. Cur. Iun. conf. 78. in princ. & in tract. de posit. in princ. nu. 9. Rol. à Valle conf. 47. n. 7. & conf. 100. n. 1. vol. 2. t ve- ritasque disputando facilius inuenitur, vt tra- dit Bar. in l. muneru. §. mixta. ff. de muner. & ho- norib. Soc. Iun. conf. 128. nu. 176. vol. 1. Corn. conf. 5. in prin. vol. 3. magisq; in lucè venit. c. graue. 35. q. 9. Ale. cõf. 51. in prin. vol. 4. Rol. lo- eo citato nec taceri debet etiã ad incomodũ propriũ. l. 2. vbi Dec. C. de eden. & in c. qm cõ- tra. n. 4. de probat. Iaf. cõf. 77. col. 1. vol. 1. Ceph. cõf. 170. n. 4. t merito arguã adutranq; partem, vt sic inuenta veritate Illustr. princeps D. Giber- tus, corã quo res agitur t ea sequatur, & atten- dat, firmior. n. dēt esse veritas in ore principũ, vt tradit Bal. in c. primo. §. & quia vidimus, qui feud. dare poss. sequitur Campegi. inter consi- lia Brunii conf. 2. nu. 28.

Videtur ergo prima cõsideratione dicēdũ, fundatã esse intētionē dictorũ de Bertoiis, seu de S. Cassano: qm cū aliàs illis flet concessa exemptio per Illustr. Ducem Borfũ solutionis taxæ duorum equorum de anno. 1463. & hinc aliq; errores emanassent, ad eos tollēdos uene- runt ad quãdam cõpositionem cum cõi & ho- minibus Saxoli de anno. 1572. qua cõuētum fuit, q; ponerēt bona sua in ætumo Saxoli & sol- uerēt taxas equorũ, prout ante d. exemptionē faciebāt, cū hoc q; ipsi de S. Cassano postmodũ haberēt taxam in cõmuni Saxoli pro duobus equis, qd nihil aliud fuit dicere, quã q; ipsi sol- uebant per ætimum redimerēt t breui quadam manu, prout in simili habetur in l. 3. §. sed si de- bitorē. ff. de donat. inter vir. & vxor. & in l. sin- gularia, vbi Bar. Iaf. Dec. D. necus Rimi. & alii. ff. si cert. pet. & sic q; essent excepti erant an- tea tati per D. Illustrissimũ Ducem Borfũ à pp. Rimi. i. T. Secundus. 42 taxa

taxa d. equorū, unde si pretēdūt nūc sibi cōpere
 exactionem unius equi virtute d. compo-
 sitionis de duobus loquentis (quā exactio po-
 stea ad vnum fuit restricta, vt mox dicam) vtique
 debent exaudiri: quia de validitate dictae com-
 positionis non videtur dubitandum, cum facta
 6 fūerit inter ipsos de sancto Cassano, & com-
 mune Saxoli congregato consilio ad sonū cā-
 panā, & ut moris est. l. si. C. de iur. reipub. libr.
 11. & tradit Bar. in l. fin. C. de vend. reb. ciui.
 eod. lib. vbi dicit, quōd venditio rerum immo-
 bilium ipsius ciuitatis fieri potest auctoritate
 eius consilii, apud quod est omnis potestas, tan-
 toque magis: quoniam in p̄fatione dictae cō-
 uentionis asserunt homines communis Saxo-
 li se representare ipsum commune, & gerere
 7 negotia d. cōmunis Saxoli, quibus † in hoc cre-
 dendum est, vt per Bar. in l. ambitiosa. col. pen.
 nu. 27. ff. de decre. ab ord. fac. sequitur Soc. cōf.
 84. colum. 3. volum. 3.

Secundō confirmari videtur intentio dicto-
 rū de sancto Cassano ex subscriptione cuiusdā
 quondam Don Jacobi de Auento facta priuile-
 gio exemptionis p̄dictae de anno. 1485. vbi
 attestatur, quōd Andreas de sancto Cassano su-
 pra scriptus, & consortes habent facultatem
 exigendi taxam vnus equi ex duobus, de quib.
 in d. priuilegio: quia exactio alterius equi per-
 tinet ad Illustrissimum Ducem vigore renun-
 tię factae per ipsum Andream & cōsortes d. Du-
 ci, vt constat ex instrumento per ipsum notariū
 rogato: cum euim dicta subscriptio contineat
 certum tenorem d. instrumenti, ad quod se re-
 fert, non est curandum, si de illo non appa-
 8 ret, sed satis de se probat, vt nor. Bald. in l. 1.
 ad fin. C. de Episc. & cleric. ponit Aret. consi.
 76. columna 2. latē Dec. consi. 169. columna
 3. & in aut. si quis in aliquo. circa si. C. de edē.
 Crauet. cōf. 29. & in tract. de antiq. temp. in l.
 par. nu. 80. Bello. cōf. 36. & in terminis propriē
 de scriptura notarii tradit Cast. cōf. 17. in cau-
 sa decimali. colum. fin. versus fin. volum. 2.

Tertiō accedit diutina exactio facta per d.
 de sancto Cassano, & p̄fatio sibi facta per d.
 commune Saxoli de taxa d. equi per 10. 20. 30.
 annos, & longē vltra à tempore d. conuentionis,
 vt allegant ex causa d. conuentionis, mer-
 9 ritō ex tali † diutina solutione facta per d. com-
 mune ex d. causa debet esse inducta obligatio
 vt & in futurum d. commune teneatur, vt tra-
 dit Bart. in l. cum de in rem verso. circ. fin. ff. de
 usur. in ea quāst. de rustico, quod per 10. annos
 & vltra soluit singulis annis vnum par caponū
 quem sequitur Sal. ibi nu. 12. pluraq; id genus
 familia cumulat. l. si. l. si certis annis C. de pact.
 10 colum. 3. Ratioque potest assignari: quia † per
 d. annuas solutiones videtur communitatis Sa-
 xoli sic d. cōuentionē ratificasse, vt non possit
 amplius negare se non teneri iux. not. in l. sed
 Iulianus. ad fin. ff. ad Macedon. l. 1. §. 1. ff. de pos-
 lict. Rip. in l. si infulam, num. 7. ff. de verb. obli-

Cephal. consi. 98. nu. 17. Quinimō d. communi-
 tas Saxoli denegando p̄fatione d. Bertois, seu
 de sancto Cassano d. solutionē taxae vnus equi
 dicitur † eos spoliare, & sibi vim facere non sol-
 uendo huiusmodi p̄fationem tempore p̄fati-
 11 xo, vt tradit Bald. in c. querelam, de elect. & li-
 cet sint opiniones, an possit agi possessorio, p̄-
 ut refert Felin. in c. conquestus. col. fin. de for.
 comp. tamen est dare quēdam statum, ad quē
 peti potest, vt fiat restitutio, prout est tex. quem
 sic intelligunt Butr. Card. & Abb. in d. c. quere-
 lam, & latē sequitur decif. Neap. 395. col. 3. con-
 cludens aduersus vniuersitatem, quōd condē-
 nari debeat ad reponendum aduersarium in
 possessionem percipiendi quasdam solutiones
 faciendas ex pretio salis vendendi. Vnde sic vi-
 detur in casu nostro dicendum contra commu-
 nitatem Saxoli ad fauorem istorū de Bertois.

Istis tamen non obstantibus verius est dicen-
 dum, quōd istis Bertois non competat de iure
 istud ius exigendi taxam vnus equi in pote-
 12 stas Saxoli, mouer in primis, nam cum † id
 allegent, tenentur id probare, cum sit inten-
 tionis suae fundamentum. l. 2. ff. de probat. l.
 actor. C. de probat. nam solum ius actoris con-
 sideratur, etiam quōd constet, reum nullum ius
 habere. & ideo si actor ius suum nō probet, reus
 debet absolui, vt tradit Dec. in l. qui accusare

13 nu. 14. C. de eden. ius † enim non est metien-
 dum ex persona rei, sed actoris. l. 1. in prin. ff. si
 pars hæredit. pet. l. militis codicillis. ff. de testa-
 mento milit. l. uti frui. ff. si vsufr. petat. l. fin. C.
 de rei vin. Dec. in rub. C. qui admi. n. 38. Idēq;

14 iuris est, si † probationes actoris non conclu-
 dant, vt in casu p̄fenti: quia probatio non cō-
 cludens non est probatio. l. non hoc. C. vnde le-
 git. c. in p̄fentia. de probat. uel saltem velut

15 † obscura & incerta non releuat, secundū An-
 cha. consi. 64. col. 1. consi. 143. col. penul. Alex.
 consi. 73. nu. 8. vol. 5. Ruin. consi. 69. nu. 1. vol.
 4. priuilegium enim Borfii, quod adducunt, nō
 loquitur de tali exactioe, sed de releuamine
 ab onere soluēdi taxam duorum equorū facta
 16 ipsis de sancto Cassano, quae valde differūt exi-
 gere, uel non teneri soluere. Vnde succedit tex.
 in l. quod constitutum. ff. de test. milit. & quod

17 ibi not. Bald. dicens, quōd † à uerbis priuile-
 gii recedere non debemus, nec possimus priui-
 legia extendere, & quōd ita quotidie allegatur
 per aduocatos. Imprimis enim debet atten-
 18 di tenor † priuilegii. c. porrō. de priuil. c. pri-
 mo, de duo. frat. à capi. in uel. Bald. consi. 207.

Quaestio est, volumine secundo, Roma. consilio
 33. l. as. inter consilia Brun. consilio 9. columna
 prima, uel. planum est autem. Cast. in l. fideiuf-
 fores. §. fin. numero tertio, ff. de fideiuf.
 Deci. 195. numero primo, Franciscus Becius
 consilio 36. numero quinto, Berous con-
 silio 176. numero 9. uolumine secundo, &
 18 diligenter eius † uerba sunt inspicienda. cap.
 accepimus. de fide. int. capitulo recepimus, de
 priuil.

priuil. Dec. consilio 392. num. 3. consilio 534.
 nu. 4. cum siml. per Tiraquel. in l. si vnquam.
 ver. libertis. num. 8. C. de reuoc. don. & Paseth.
 consilio 18. nume. 14. Idque natura priuilegii
 19 dicitur, quae † stricti iuris est, vt not. Bal. in l. 1. in
 prin. per illum tex. C. de legib. & ideo debet stri-
 ctē interpretari, vt de priuilegio exemptionis
 decimarum Oldra. tradit consilio. 248. Roma.
 consi. 180. ad. fin. Dec. consi. 147. colum. 2. Nat-
 ta consi. 242. colum. 2. amplians id procedere
 tamen si videatur subesse eadem ratio secundū
 Butri. in c. sanē, per illū tex. de priuil. Quinimō
 cum dicti de Bertois amplauerint d. priuile-
 gium limitatū, extra limites suos id prorogan-
 do, volentes exigere taxam vnus equi vigo-
 20 re eius debent in totum † illud ammittere pro-
 pter eius abusum. l. eos, cum seq. C. de aque-
 duct. lib. 1. & ibi tradit Ioan. de Plarea. sequi-
 tur Ruin. consilio 28. num. 5. volumine 1. dixi
 consilio 18. num. 94. & nunc addo Beroum con-
 silio 175. num. 23. volum. 2. consi. 76. nu. 1. &
 consilio 144. num. 17. colum. 3. & sic amplius
 immunitate p̄dictae taxae duorum equorum
 gaudere non debent.

Secundō confirmatur, quōd id ius exigendi
 taxas equorum fuit assignatum per Illustrissi-
 mum Ducem Herculeum primum pro introitu
 ordinario illustri quondam Do. Giberto Pio
 auo paterno p̄fentis Illust. D. Giberti in per-
 mutatione Saxoli cum dimidia Carpi, & vt vni-
 ret totum dominium Carpi sub ditione sua D.

21 Illustrissimus Dux. Vnde cum † id factum sit
 ex causa publicę utilitatis. l. si. C. de sacrosanct.
 eccl. vti que si quod ius habebant in exactioe
 dicti de sancto Cassano, eo fuerunt priuati, iux.
 not. per Bar. in proem. fforum, & per omnes Ca-
 no in c. quae in ecclesiis. de const. Castr. con-
 silio 178. Donatio p̄dicta. consi. 229. Visis &
 ponderatis, col. 2. & consi. 287. primum dubiū.
 col. 1. vol. 1. l. as. in l. Barbarius. col. 6. vers. circa
 duas. ff. de off. p̄fēt. Dec. consi. 361. colum. pen.
 & consi. 588. col. 3. Crauet. consi. 5. nu. 4. latēq;
 dixi consilio 45. numero 67. solumque posset

22 eius superesse ius † cōtra d. D. Ducem, uel eius
 successores ad extimationem illius exactiois,
 iux. not. per doctōr. in d. cap. que in ecclesiis.
 & per Dec. consi. 357. colum. penul. Crau. consi.
 95. num. 7. de qua re latius dixi consi. 45. num.
 88. ad quem locum lectores delego, sed quan-
 tū sit respectu Illustris D. Giberti, aut commu-
 nitatis, Saxoli, nil dicere possunt.

Tertiō mouer: nam, prout apparet in alle-
 gata cōpositione per istos de Bertois, dictum
 fuit, & conuenit, quōd Andreas & cōsortes
 de sancto Cassano habeant taxam in commune
 Saxoli pro duobus equis, secū d. iur. prout ha-
 bent alii stipendiari allogiati in d. commune Sa-
 xoli, & quod ipse Andreas & cōsortes sol-
 uerent, & cōferat pro toto eorū extimo ad taxas equo-
 rum prout, & sicuti facti erant ante ipsam exem-
 ptionem, & vt faciūt, & conferunt ceteri homi-

nes de Saxo. vnde si uolent isti de Bertois agere
 re uirtute d. conuentionis, clarum est, q̄ priu-
 ostendere debent se impleuisse pro parte sua id
 ad quod tenebantur, scilicet contribuissē ad ta-
 xas equorum cum toto eorū extimo; quia quā-
 23 do quis † uirtute alicuius cōtractus agere uult
 debet prius ostendere se impleuisse pro parte
 sua, si ad aliquid implendum tenebatur, tex. est
 & ibi not. Bald. in c. 1. quod domi. propri. feud.
 Bal. in l. stipula. talium. ff. de iur. dot. & in aut.
 dos data. C. de donat. ante nupt. Socin. consilio
 273. col. 2. uol. 2. & in not. q. decidit Alexand.
 cōf. 119. col. 2. vol. 1. quae sequitur Deci. cōf.
 421. col. 2. de illo qui promissit dare certā quā-
 titatem olei in ciuitate Forliui Sempronio cū
 hoc, quōd ille Sempronius sibi consignaret 8.
 petias Panni in ciuitate Firmi, concludit enim
 q̄ d. promissio olei fuit cōditionalis, & peti nō
 possit oleum, nisi prius fuerit facta consignatio
 Panni in d. ciuitate Firmi, & sic secuto adim-
 plemento pro parte agentis ad ipsum spectan-
 te, quinimo sic adeo vera est dicta conclusio, q̄

24 † procedit etiam, si quis fuerit impeditus im-
 plere pro parte sua id, ad quod tenebatur: non
 enim per hoc sibi competit actio, priusquam
 impleuerit, licet enim impedimentum excu-
 set à p̄na, uel mora, non tamen facit vt impe-
 ditō competat actio si non impleuerit, vt no-
 tabil. declarant Butr. & Abb. aduersus Ho-
 stienf. in c. ficut, colum. 2. de iur. iuran. quos
 sequitur Natta consi. 45. 1. nu. 38. Sic ergo in ca-
 su nostro dicendum est, quantoque magis, quōd
 illa cōuētio fuit contractus innominatus de cō-
 ferendo ad taxas cū toto extimo, vt taxas duo-
 rum equorum exigerent, & sic facio vt des, uel
 do, vt des. Vnde sequitur tex. & ibi glof. not. in
 l. ædiles §. fin. ff. de ædil. edict. quōd quando

25 † quis debet dare, & recipere, semper prius de-
 bet offerre, & pro parte sua implere. Hinc Ric-
 car. Malum. Alber. Fulg. & Cepol. dicunt ibi,

26 quōd † Doctōr si uult consequi salarium, non
 debet à lectura cessare, sed pro parte sua prius
 implere, idēque tradit in alia q. Aret. cōf. 70.
 col. 2. sed non probant Bertois pro parte sua ad
 impleuisse conuēta, immo uerō patet cōtrariū
 de quadā possessione & prato dictorū de san-
 cto Cassano tētis exemptis, & pro quibus nihil
 contulerunt in cōmune Saxoli taxis equo-
 rū, prout in facto supponitur. d. con-
 uentione agere non possunt.

Et quoniā in resolutione contrariorū ueritas
 clarior apparebit, & cōclusio superior ad fa-
 uorem cōis Saxoli magis confirmabitur, non di-
 utius immorabor ea disoluere. Ad primū igit
 dico, q̄ super dicta cōuētionē nullū possūt fun-
 damentū summere d. Bertois: qm̄ de iure & ex
 forma capitulorū cōmunis Saxoli nō ualuit, cū
 27 duae † partes ex trib. nō interuenerint, put de
 iure cōi requiritur. l. quod maior. ubi glo. Bar.
 not. ff. ad l. si quis. per l. nulli. ff. q̄ cu. vnus
 cum duobus partes adessent, & ista est
 28 com-

communis opin. Canonistarum, & legistarum, vt Abb. dicit in c. cum omnes. de const. vbi late Fely. Dec. & alii tradunt, & idem testatur Abb. in c. circa fin. de his quæ fiunt à prel. & Dec. conf. 466. num. 12. Idemque ponit Nata confilio 192. vbi tamen addit vnum notabile, satis esse, quòd ÷ notarius dicat vniuersitatem, Col legiū, vel capitulū tale quid fecisse, licet aliud non dicat, per rationes, quas adducit post Odra. conf. 100. Ioan. Andr. in ad. specul. in tit. de Syndi. in addit. magna, quæ incipit porrò, cum simil. per eum. quod in casu nostro non in teruenit, cum quidam particulares de communitate fuerint nominati sine expressione, quòd fuerint duæ partes ex tribus: Confirmaturque ista conclusio per capitulum 8. ÷ communis Saxoli, quo cauetur, non posse fieri aliquod consilium, quod valeat, nisi duæ partes fuerint coadunatæ, & sic tale capitulum concordat in hoc cum iure communi, dicitur hoc ÷ pro forma tradere, cum vltra procedit annullando, iux. not. per Bal. & alios in l. ff. de lib. & posth. Felin. in c. cum dilecta. de rescript. colum. 8. versicul. 5. signum. Socin. confilio 24. colum. 7. volum. 1. Nata confilio 59. num. 13. Burf. confilio 74. numero 50. & Vasquius de successio. creationi. libr. primo. §. 7. numero 18. dicēs q̄ talis formā nullam admittit interpretationem, aut dispensationem, & quòd hæc est vera & communis opin. quam tenet insuper Ruin. in rub. ff. de verbo. obligatio. Ceph. confilio 438. numero 9. & latius in terminis nostris comprobatur Dec. in d. confilio 466. numero 12. cum seq. Quinimò patet ex tenore d. conuentionis, eam fuisse factam contra formam ÷ capituli 9. communis Saxoli, quo cauetur, partitum, & deliberationē debere obtineri per viam fabarum, & quòd præsentia & cōsensus syndicorum debeat intervenire, nec Massarius possit dare fabam, nec q̄ aliquis de consilio interesse habens super retractanda in consilio pro illa vice possit intervenire, & vltra quod d. capitulum pariter procedit vterius annullando, & sic dat formam patet ÷ inducitur quædam de nouo cum certis modificationibus, vt in eo, quicquid ibi exprimitur, censetur esse datum pro forma: vt tradit Angh. confilio 242. ex tenore, circa fin. Dec. confilio 62. columna 2. sed hæc conuentionio sine consensu syndicorum, & sine syndicorum interuentu, non tenore scripturæ d. conuentionis probatur ÷ hæc negatiua. Vbi hoc non reperitur, iux. not. per Bar. in l. fi. C. de reb. cred. Are. confilio 133. columna pen. Dec. in l. iustam C. de eden. confilio 424. num. 19. Cur. Iun. confilio 106. cum simil. per Dec. Paris. & alios in c. quoniam contra, de proba. & istud procedit nõ obstante temporis antiquitate decursi ab illa conuentione citra: quoniam ex quo illa producit, per cuius inspectionem patet defectus d. solemnitatis extrinsecæ, ex quo in ea non tenetur

34 ciatur

euidenciam facti, quæ tollit omnē præsumptionem contrariam, cum nulla sit maior probatio, ita Castr. confilio 50. in causa quæ vertitur, col. quinta in antiquis. sequitur Ias. in l. 1. C. qui adm. limit. 5. Dec. nu. 7. lectura prima, numero 79. lect. 3. Claud. Aqu. in l. sciendum. ff. de ver. oblig. num. 22. Alex. conf. 1. uol. 4. col. penul. Rimi. meus patruus magnus confilio 461. numero 13. conf. 571. numero 11. & infiniti alii quos citat Soci. Iun. confilio 56. num. 22. uol. 2. vbi dicit hanc esse magis receptam opin. quæ tenet insuper late Crau. in tract. de antiq. tem. po. par. 2. nu. 28. Burfat. confilio 23. num. 16. & aliis exornat Senat. Pedem. decif. 173. num. 6. & de plano procedit in solemnitate, quæ cum ipsa scriptura annecti solet, non autem de illa fieri separata scriptura, vt hoc casu loquitur Cast. in d. confilio 50. de citatione, quæ in actis reposita, merito ÷ productio eorum, in quibus citatio non reperitur, arguit indubitanter eam non interuenisse, non obstante lapsu temporis: Et ita Crot. declarat in d. l. sciendum, num. 12 & ante eum Bru. in tract. de forma, & est de mente Fely. in c. scit. nu. 33. ad fin. versic. si autem de solemnitate. de re iud. & Deci. confilio 409. num. 12. cum simil. hæc enim solemnitas præsentia, & consensus aliquorum, vt Syndicorum, in casu nostro, & modus, vt per fabas, solet in actu & scriptura sua annecti, non autem separatim. Rursus apparet in d. compositione interuenisse Massarium tunc temporis, & Gasparem de sancto Cassano pro parte d. communis, quod prætendebat interesse in illo negotio respiciente illum, & alios de sancto Cassano contra expressam formam d. cap. 9. merito non ualet d. conuentionio. licet duæ partes ex tribus interuenissent, cum tali casu quando fit actus ÷ ab vniuersitate contra formam requisitam à statuto vniuersitatis debeant omnes de collegio, vel vniuersitate esse præsentis, vt singulariter uoluit Bar. in l. obseruare. C. de decu. lib. 10. not. 3. & post eum Dec. in c. cum oēs. de const. limi. 18. num. 13. Vbi ex hoc dicit, quòd cum aliàs Senis esset facta conducta cuiusdam Doctoris non seruata forma statuti, dicebatur non esse derogatum illi statuto, ex quo omnes non interuenerant, vt ibi per eum, quod dicit esse notabile.

Secundò respondetur principaliter, quòd licet (sine veri præiudicio) ualisset d. conuentionio, tamen ex quo dicti de sancto Cassano & Bertoius eam non seruauerunt, vt supra in tertio fundamento dixi, utique nec cōmune tenetur illis eam seruare, maxime cū simus circa capitulum connexus hoc est obligationem respectiuā, qui cōmune conuenit, vt illi de sancto Cassano haberent taxam pro duobus equis: illi promiserunt conferre cum toto, eorū proximo ad taxas equorum sicut alii, merito ÷ si in eo defecerunt, & cōmune potest deficere in eo. l. cum proponas. l. prima. & ibi Pet. Saly. Fulg.

Fulg. & Alex. col. 1. C. de pact. quia frangenti fidem fides frangatur eidem, prout ibi no. Doc. max. Ias. late col. 2.

38 Ad secundum verò respondetur, quòd ÷ illi attestationi notarii sine testibus non creditur iux. glo. in c. post cessionem. de probat. & probatur in auct. de hæredi. & falci. in S. sancimus.

Secundò respondetur, q̄ illa verba Notarii sunt merè relatiua facti absque eo, quòd ipse vel partes in eo se fundent, quo stante non potest ÷ ex eis fundamentum suscipi, dato quòd essent uerba legislatoris, nedū Notarii, iux. gl. not. in l. unica. C. quando non peten. par. quam doctores sequuntur, ut Alexan. Ias. Dec. Rimi. meus, Cagnol. & alii.

Tertiò respondetur, quòd notarius in d. attestatione sua se refert ad instrumentum per ipsum rogatum, ergo sequitur, quòd illa ÷ uerba sua enuntiatia, & narratiua notarii non probant illo instrumentum nõ exhibito, ut tradit Ange. in l. si donatio. C. de donat. Soci. conf. 266. col. 1. Dec. in auct. si quis in aliquo. nume. 33. C. de eden. Grat. respon. 28. colum. 2. volum. 1. cum similib.

Ad tertium, negatur exactio allegata per Bertoius, immo supponitur in facto, quòd à tempore permutationis Carpi cū Saxolo taxæ fuerunt exactæ & respectu duorum equorum, de quibus in d. priuilegio Ducis Borfii per potestariā Saxoli & præstitæ Dominis Saxoli, & sic quòd dicti de sancto Cassano, uel Bertoius nihil exegerunt, merito cum d. permutatio iam

41 annis 54. sit facta, præscriptum ÷ dicitur esse huic iuri exigendi contra præfatos, si & quatenus aliquod ius prius habuerunt, quod tamen negatur, iuxta not. per Ias. & Dec. in l. petens. C. de pact. late Fely. in c. cum accessissent. de const. Rube. conf. 3. conf. 75. Crauet. conf. 71. col. 2. Soc. iun. conf. 145. nu. 34. uol. 1.

Secundò respondetur, quòd ex quo dicti de Bertoius hoc ius exigendi fundant in d. compositione (id enim ius priuilegium illis non tribuit, vt supra dixi) & titulus d. compositionis est inhabilis propter solemnitatis defectum, tã iuris communis, quàm capitulorum Communis Saxoli, ut supra deduxi, agiturque de inducenda obligatione contra Commune Saxoli ad fauorem dictorum de Bertoius; utique posito quòd de præstatione illis facta constaret, nullo tamen ÷ tamen ius esset illis quæsitum, vt declarat Bar. in l. cum de in rem uerso. col. 1. in ff. de usur. per l. si certis annis. C. de pact. & hoc idem tradit D. meus Rimi. ibi col. ff. dum dicit, quòd præfata procedunt quando causa habilis allegatur, secus ergo si inhabilis, ut in casu nostro; & ex hoc cessat doctrina eiusdem Bar. in d. l. cum de in rem uerso. ad fin. de rustico; quia causa allegata ibi non apparebat inhabilis, pari que modo cessat, quod dicebam de spoliatio ne, cum non dicantur spoliari Bertoius, si ius in exigendo non habent. Et ita concludo de iure tenendum esse.

Hippoly. Rimi. Ferrar.

F I N I S

Series chartarum,

A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z.

Aa Bb Cc Dd Ee Ff Gg Hh Ii Kk Ll Mm Nn Oo Pp Qq Rr Ss Tt Vv Xx Yy Zz.

Omnes sunt Quaternio, præter, Zz qui est Duernio.









